

## Aduertencias para

petent ab Episcopo vel à Rege sibi assignari aliquem populum cuius linguam sciebat aliquis Clericus, vel Religiosus ibi p̄fectus si ibidem non assignarent alium Religiosum linguam dicti populi callentem, & tantę sufficientię sicut ille qui inde à motus est. Et hic quidem scrupulus etiam esset, si Fratres aliquem Sacerdotem impedirent ne intraret populum eis assignatum, cuius linguam nullus dictorum Fratrum sciret: vel in proxima dispositione non speratur scire. Quę omnia notent Fratres tam illi qui animarum curam ex voto, & obligatione suis humeris imposuerunt: quàm qui in hoc munus ex Charitate tantū exercere se p̄dicant, & iactant. Et omnes Mendicantes & non Mendicantes Religiosos qui animarum curam exercent, & Neophytorum instructioni, p̄fectui, & manutentioni intendunt, exoratos velim, ne hęc moleste aut egrē ferant, quandoquidem vera sunt, & iuxta Sanctorum Canonum & Conciliorum decreta.

¶ Est autem aduertendum schedulā istam à Regia Majestate ordinatam vt Episcopi possint corrigere, Fratres, & Curatos in eo quod deliquerint, circa Ministerium curatus, con  
sonam